

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Festing

**Programma Quod Paraenesi De Peccatis fugiendis pieq[ue] praeparandis animis
Ad Sinceram & sacram Meditationem Passionis Ac Mortis Salvatoris Nostri Jesu
Christi praemittit**

Rostochii: Wepplingius, [1690]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73399797X>

Druck Freier  Zugang





T. 512.

—
1690. Fasten.

A-1256.^{ss}

Q. 1694

PROGRAMMA
Quod
PARÆNESI
De
Peccatis fugiendis
pièq; præparandis animis
Ad

Sinceram & sacram Meditationem
PASSIONIS AC MORTIS
SALVATORIS NOSTRI
JESU CHRISTI



præmittit,

Omnisque inde Omnia Ordinum Cives Academicos
serio adhortatur

RECTOR

UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS

**JOHANNES FE-
STINGIUS**

J. U. D. & Antecessor, Sereniss. Duc.
Suerino - Megap. Consil. & Ducalis Consistorii Adiessor.



Rostochii, Typis JOHAN. WEPPLINGII, Univ. Typogr

M. 1256 39


Urisprudentiam versari circa res divinas & quae ac humanas autor est Ulpianus in l. 10. ff. d. 3. & 3. Nec lapsus hinc incusandg erit, sicut à nonnullis factum perhibet Brissónius select. ex jure ci- vil. antiqu. lib. 4. cap. 16. *Enim verò ut remotiorum temporum jurisprudentiam, eamq; Romanam, repetamus,* licet funerum maniumq; jura, junctis iis, que ad manes placandos, ad supernos inferosq; deos, ad vo- zaritè exsolvenda atq; deorum celestium sacrificia spectabant, Pontificum curæ fuerint mandata; tum licet iidem decisionibus suis omnes sacras lites determinarint, religiones atq; ceremonias publicas pariter ac privatatas, sacra, & res divinas tuiti fu- erint: nibilominus tamen, cum jus hoc Pontificium cum jure ci- vili fuerit conjunctum juxta ea, que abs Ulpianor allegata, & te- stimonium Ciceronis in Bruto & lib. 3. d. LL. binc eximia JCTorum nec defuere ingenia, qui discerent non tantum Pontificium jus, sed notis insuper ac commentariis illustrarent. Adeò hic verè de JCTis dicendum fuit, sicut de Poëtis prædicavit Horatius d. art. poët. v. 396. seq.

- - - - *sunt hac sapientia quondam*
Publica privatis secernere, sacra profanis.

Sic T. Manlium Torquatum Valerius Maximus lib. 5. cap. 80 juris civilis & sacrorum Pontificalium peritissimum vocat. ea- demque laude Atejum quoq; Capitonem Macrobius lib. 7. Satur- nal. c. 13. exornat, quem juris Pontificii libros scripsisse testis est A. Gellius lib. 4. c. 9. Necminus Petrus Crinitus de honestâ disciplinâ lib. 3. c. 5. haud defessus in Labeonis Antistiti & quæ ac Vectigl Prætextati ac Flaviani, ut & Veranii laudes insurgit, qui libros de Pontificalibus reliquerunt, cum ea maxime retulerint, que ad sacras voces, ad funerales & saliares pertinerent, ac ritus & ce- remonias mirifica diligentia indestigaverint. Et quid nunc aliud dicam?

dicam de temporibus nostris, ubi iis quidem divinum totum cœlo
distat à veteri Romanorum jure Pontificio, cum Spiritus sancti gra-
tia docti meliora gentilium Romanorum ritus aspernemur, aliage
planè capita comprehendat Christianorum Jurisprudentia, ob
quæ adhucdum audit rerum divinarum notitia? Ne memorem
quo sine gaudet nostra Jurisprudentia, divinâ nempe justitiâ;
certè tot capita obveniunt, in quibus sanctas Salvatoris regulas
observasse satius est quam enormes fori consuetudines. Pudet
confiteri quot injuriis judicia crepant, quantisq; retorsionibus
impta sint; ubi non Clericalis honoris, nec inter seculares Christi-
ani amoris ulla babetur ratio. Quantum non est preceptum
primumq; ac ultimu benignissimi Redemptoris nostri JESU CHRI-
STI, ut diligamus proximos sicut nosmetipso! Hac verò in par-
te sacra nos informat scriptura, ubi iudex invenit quod sequatur,
Et Advocatus accipit contra quod haud valet humana concipi-
scientiae ullare regula. Quinimò banc charitatem magis inculcante
qui in charitate Amatoris generis humani cogitationes suas
defixas habuerunt: unde quantos thesauros legere nobis liceat, ele-
ganti inter ceteras dissertatione de Actionibus forensibus nū-
per docuit Celeberrimus Dn. Kortholt magni nominis Theologus,
amabile decus Ecclesie, confessor veritatis, Christianaque valde
memor regulæ, hoc est charitatis & humanitatis plenissimus. Tan-
ti viri & fautoris nostri rationibus non mediocriter fulti quidni
tanta bona ex piis potius religiosorum virorum monumentis
quaesiverimus, quam ex eorum hominum sententiis, quibus omnis
viri (si creditur) practici opinio major est quam ratio. Sed
pari exemplo inter juris peritos abunde nobis laudatissimus Dn.
Zieglerus offendit, quomodo Jurisprudentia sit rerum divina-
rum & humanarum notitia. Ego sane hunc Virum non immerito
prædicandum dixero verum factum, id est divina & humana sa-
pientie callentissimum, in quo eminere videtur Brunnemanni pie-
tas, Duarenii elegancia, & profunda Gotlobredi eruditio. Non
recentiorum quorundam moribus censendus vir Cl. quales aliquan-

do ex sententia Vallæ simillimos formicis reperimus, quæ ex proximo sublata furto grana in latibulis suis abscondunt: quin imò videtur nobis sicut apes quadam in longinqua etiam pascua volitantes, dulcissima mella cerasq; miro artificio condidisse. Heu! quantacum pietate & prudentiâ instruxit judicem, culpae vit malos mores pragmaticorum, officia explicuit eorum qui sacra administrant. & Ecclesiam regunt! Certè in politica quædam civilitate non terminatur hominum officium, quod magis sese exserit & ubiq; contemplatur DEum & salutem proximi. Unde non melior Jurisprudentiæ ratio, quam si hæc disciplinare regundo hominum officio adaptata in timore & amore DOMINI ius suum cuicq; tribuat. Heccausa est, quare tantopere Clarissimi JCTi insudare Ecclesiasticis canonibus ac regulis voluerunt, ubi non quoad historiam solum detineri potuit industria, sed ipsa in lectione commota & aucta pietas est. Quis nostrum tanta non suspiciet trophea, vicitricis pietatis testimonia, quibus incitemur ad honestam imitationem? Revocanda in memoriam pia talis industria, cuius cogitatione similitudinem, cum aſſequi non liceat, sequi saltē annitamur studio quodam & emulatione. Equidem aliquando magis scrutari jubet muneris ratio, dum mone-re jubet & docere meliora; quo intuitu quid bodie abs me postu-lent pia Majorum instituta, satis superq; ab antecessoribus demon-stratum est. Indicitur bodie celebranda memoria Passionis & mortis Redemptoris nostri JESU CHRISTI, ubi quod amariores nostra peccata Salvatori sacratissimo fecerunt molestias, quod constantius ille pertulit immensa ira & Dei pondera, ac fanguine suo grata victima leniit iratum Patrem eluitq; nostra crimina: ita in perpendendo tanto merito, in amo-re atq; gratiis erga redemptorem amabilissimum prolixa merito debebant esse nostra studia. Sed hic profiteri necessum erat: Impedito ore & impedita lingua sum; unde ab iis sumere, reddereq;, pio (ut videbatur) proposito decreveram, qui secundum illud Ezechielis, ventrem suum cibarunt & vi-scera sua implerunt volumine hoc quod dedit Jehovah;

grat

quod ubi comedenterunt, fuit in ore illorū par melli dulcedine.
Hanc dulcedinem diffudit cunctas per gentes Spiritus divinigra-
tia, quicq; repletz fuerunt in meditatione dulcissimi Salvatoris tan-
tas nobis reliquerunt delicias, ut nunc merito dicamus: Gustate
& videte bonum esse Jehovam: beatus vir ille quise recipit
ad eum. Et sanè oboculos positis Doctorum religiosissi-
morum sententiis piisq; eorum monitis preparanda erant
nostra pectora quò sincerà veraq; pietate medizemur Re-
demptoris merita, hoc est remotis vitiis intueamur expansa bra-
chia inq; vulnerib; salutem accipiamus felicissimam. Eheu! quan-
topere peccata reos Passonis ac mortis Christi faciunt! unde nos
strum magis nos officium monet non ad propria tantum pec-
cata ingemiscere & deprecari; sed sicut apud Isocratem de pace
sive sociali orat. s. p. m. 406. dicitur, equam est, hic maxime, cum
ex animo consultum aliis velimus, dum acta improbamus, mo-
nere etiam qvæ fugienda qvæ sequenda sunt, ut ita sentire & ad
hunc modum detinquare desinamus. Verum enim verò dum am-
plexus animo sum hæc aliquanto amplius, per vices tentatus quo
dam valetudinis genere ob debilitatē subitam cedere impedimen-
tis, & qvæ sub his temporis spatio absolvere nequiveram, in
alium diem servare coactus sum. Interea verò ne prorumpat
temporis insana quedam observatio & in sole scat quorundam bac-
chantium impietas priusquam moniti sint: hinc nostri non im-
memores officiis in tempore detestamur lascivientis populi fure-
res, adhortamur cives ad fugiendam Bacchanaliorum immani-
tatem, & cogitare summopere suademus Crucifixi IESU dolores
& vulnera. Miramur non immerito quod ad Christianos trans-
ierint ab iisq; tamdiu observata sint isthæ festa insana furi-
osa ac rabiosa, ubi multus larvarum usus, hominesq; Bacchana-
lia vivunt, in quibus parum sobrii, facie fecibus oblita de plau-
stris ridicula carmina jaciebant, victoriq; præmium erat bircus,
dignum, ut ajunt, patellæ operculum; quod sentit Erasm. in libell.
d. amab. Eccles. concord. p. 13. Quam quidem petulantiam,
inq; ea incompositos ludos, indecoras saltationes, & verborum

) (3

obſca.

obscenorum lasciviam notarunt viri docti interg. eos Carpe.
lib. 2. Jurispr. Eccles. def. 264. Sed aliquando Christiani ipsis
gentilibus pejores sunt: adeo Senatus consulto Roma cautum esse
Livius testis est, ne qua Bacchanalia Roma neve in Italia essent,
qua de re apud Freculphum Episcopum Lexoviensem (qui vixit
sub Ludovico Imp. circa A. D. 840.) Chron. tom. 1. lib 2. cap. 6.
nec non apud Gobelinum Personam Decanum Bilfeldensem &
Officialem Paderbornensem Cosmodr. (cui operi finem impo-
suit. A. D. 1418.) etat 3. c. 13. iisdem verbis ita legitur; instituta
sunt Bacchanalia sacra vel potius sacrilegia, de quorum
rabiosa turpitudine post tam multos annos Senatus sic
erubuit, ut in urbe Româ talia prohiberet. O turpes Chri-
stianorum mores, qui ferias hodie sectantur per quas belluentur
et vino bacchantur, quig[ue] velut ulciscentes memorande dominicae
Passionis ac Mortis dies, indictumq[ue] ab antiquitate piâ delicio-
ciarum silentium metuentes, magno impetu in hos dies crapu-
lam reponunt & corporis pro libidinibus curam agunt. Ne te
ad sanctam Christi Ecclesiam (sic quodammodo verbis Basiliit
utimur) introducat ebrietas, non est per temulentiam aditus
ad meritum Redemptoris, quemadmodum nec ad justitiam
iter est per defraudationem, nec ad sobrietatem per lasciviam,
nec per malitiam ad virtutem. Quinimò preparato corde co-
gitandum erat (ut Erasmi verba applicemus) quomodo in tetro
carcere veniat marcescentibus nuncius dicens, Bono estote ani-
mo: hodie liberi Regiam ingrediemini, futuri inter aule pro-
ceres, & Regi chari. Perpendite omnes! quis carcer, (iterum
Erasmi verbis loquimur) quod barathrum tam tetur est,
quam est in quo detinentur, quos satanas alligavit criminum
vinculis & aut que est unquam regia, etiam si omnium splen-
dorem in unum conferas, quae cum Ecclesie maiestate
possit conferri? Quod si merito reprobendendi sunt, qui
tantam gratiam segnes ac languidi accipiunt, quanto ju-
stius culpandi sunt, qui in bujus regia penetralibus sor-
dide

didè & incompositè vivunt? At siquidem gratulandum sit
huic Academia & Civitati nostra, quod gloriari licuerit, multum
jam remississe furorem ab eo qui patrum nostrorum memoria
fuit: nihilominus tamen otium temporis solenne (quod adhuc
animadvertisimus) cum externo conviviorum & chorearum
luxu, serio dissuademus & interdicimus. Auditis, di-
lectissimi, quantopere fugienda sit illa plusquam gentilis bacchan-
di insania; unde quoniam in Ecclesie canonibus per quam cautum
fuit ne Christiani cum gentilibus aut Judeis festa celebrarent,
ab his maxime abstinere fas est, optimeque illud nobis conside-
randum occurrit quod de Calendis Januariis sensi ac scripsit
Ambrosius sermone XI. Nos hodie sobrii & jejni simus, quo
intelligant latitudinem suam abstinentiam nostram damnari. Ad-
huc probibentur secundum can. 62. Concilii sexti in Trullo, igno-
rantia vel vanitate ea, que à demonis impostura veniunt, exer-
centes. Unde Theodorus Siudita Catechet. serm. 49. ex latina
versione Joann. Livineii: Sed agat sanè, inquit, ut lubet mundum
qua in legem abierit insania, nos intemperantiam fratres, velius,
qua jam vesti est permisum, fugiamus scientes eam esse peccati
matrem. Fiant secundum Theodoretum lib. 8. d. Martyr. pro illa
veteri pompa, pro turpi obscenitate ac impudentia, modestæ, castæ,
ac temperantiae plena festivitates; non illæ quidem mero delibatae,
non commissationibus leves, non cachinnis soluta; sed divinis can-
ticis personantes sacrisq; sermonibus intentæ: in quibus ad Deum
preces, non sine sanctis lacrymis ac suspiriis submittuntur. Quare
inter tanta mala rectius cogitandum, sicut in floribus serotinis
Meibomius:

Flete perenne oculi, falsosq; madescite rore;
Igne liquecet anima, atq; illi te ostendat flagrantem:
Qui patiens adeò, atq; adeò mansuetus atroces
Sustinet erumnas: atq; hoc ut lapsa resurgas,
Mortua vivescas, & deplorata triumphes.

Sanè multaratio movere poterat, Cives perdilecti, ne L. Fulvium
Argentarium quis imitari velit, qui cum forte bello Punico secun-
do

do, interdiu corona rosacea è pergula in forum prospexit, ex au-
toritate senatus in carcerem ductus nec ante finem belli emissus.
Æque a grave magisq; videtur, in calamitate communis memo-
ria peccatorū, quæ tam atrociter sauciarunt Salvatorem nostrum,
inter rosas & flores deliciari velle. Hec esto nostra omnium me-
ditatio bona de passione Christi & morte, quæ secundum Richardum
Eremitam Pampolitanum, de Emendatione peccato-
ris, cap. 8. diabolum confundat & machinas ejus destruat, cara-
nales tentationes extinguat & animum ad amorem Christi in-
cendat, mentem sublevet & clarificet atq; clarificando purget. Imo
lugeamus secundum hujus monitum, propter turpitudinem cri-
minis, pro quo delendo tam admirabilis hostia immolata est. Ru-
dis, ut ait, & carnalis animus in contemplationem divinitatis
non rapitur, nisi spiritualis efficiatur absumptis carnalibus impe-
dimentis: Cum enim (pergit) cor mundum habere cœperit, & nul-
la corporeæ rei imago sibi illudere poterit, tunc certè ad altiora
admittitur, ut in amore deitatis vehementer glorietur. Id v.
ut omnibus in Christiana virtute & pietate eveniat, animitus
precor. Exaudi nostra hac suspiria ac vota qui pro genere hu-
mano tot tantosq; dolores ac mortem passus es! Audi qui beni-
gnissimus omnem gratiam impertis maximam implorantibus,
dum ut gratioſſime impertires, ipſe mortuus es!

Ecce tuo præ amore,

Te complector cum rubore;
Me coapto diligenter,
Tu scis causam evidenter,
Sed suffer & dissimula.

Ut te queram mente pura,
Sic hac mea primacula,
Non est labor, nec gravabor,
Sed sanabor & mundabor,
Cum te complexus fuero.

P. P. Sub sigillo Rectoratus Dom. Quinquag. d. 2. Mart. A. 1690:

¶ (O) §

dide & incompositè vivunt? At siquid
buic Academie & Civitati nostra, quod glor
jam remisissè furorem ab eo qui patrum n
fuit: nibilominus tamen otium temporis,
animadvertisimus) cum externo conviv
luxu, serio dissuademus & interdicim
lectissimi, quantopere fugienda sit illa plusqu
di insania; unde quoniam in Ecclesie canonib
sunt ne Christiani cum gentilibus aut Iuda
ab his maxime abstinere fas est, optimeq
randum occurrit quod de Calendis Januari
Ambrosius sermone XI. Nos hodie sobrii
intelligant letitiam suam abstinentiæ nostræ
hæc probibentur secundum can. 62. Concilii se
rantia delirante ea, que à demonis impos
centes. Unde Theodorus Siudita Catechet
versione Joann. Livineii: Sed agat sanè, inq
que in legem abierit insania, nos intemperan
que jam uesti est permisum, fugiamus scien
matrem, Fiant secundum Theodoreum lib.
veteri pompa, pro turpi obscenitate ac impio
act temperantia plena festivitates; non ille qu
non commissationibus leves, non cachinnis so
ecis personantes sacrisq; sermonibus intenta
preces, non sine sanctis lacrymis ac suspiriis s
inter tanta mala, rectius cogitandum, sicut
Meibomius:

Meibomius:
Flete perenne oculi, salsaq; madescit
Igne liqueste anima, atq; illi te ostendit
Qui patiens adeo, atq; adeo mansueta
Susinet arumnas: atq; hoc ut lapsa
Mortua vivescas, & deplorata tristis
Sane multaratio movere poterat, Cives perdunt
Argentarium quis imitari velit, qui cum for-

